

52521

52521

Johnston's
1886.

8303

VALERII MAXIMI
DICTORVM
FACTORVMQVE
MEMORABILIVM
Libri Nouem.

Olim à STEPHANO PIGHIO
emendati.

Nunc vero post LIPSI & MITALLE-
RI aliorumque spicilegia, ad vetustissimum
V. CL. PETRI DANIELIS I.C.
exemplar collati,

Adiectis etiam Animaduersionibus
a

CHRISTOPHORO COLERO,
Cum INDICE gemino.



FRANCOFVRTI
Typis Wechelianis apud Claudium Mar-
nium & heredes Ioannis Aubrii.
M. D C I.

52521



STANISLAO ZELE-
NIO VITELLIO DE
Zelanka &c. Iunenigenerosa
S. P. D.

CHRISTOPHORVS COLERVS.



ALERIVM M-
XIMVM mittere ad
te, mi Stanislac, non
comendare decre-
ui. Sufficiat tibi do-
ctissimorū virorum
communis consen-
sus, qui quantum auctoritatis habet,
tantum & rationis subministrat. Profe-
cto tam tersum & elegantem scripto-
rem diligenter legisse, duplii tibi vice
proderit. Nam quidquid Græcia quid-
quid Romana virtus dixit aut fecit e-
gregium, sub vnum adspectum, veluti
tabella explicauit Valerius: nec id vul-
gari stilo; sed florido, sed arguto, certe
flexanimo orationis genere. Postea ve-
ro, quanti precii res est, quæ alii indu-
strie notauere, disciplinam inde & ex-
emplum capere: Virtutum vitiorumq;

argumenta non tantum ex præteritis colligere, sed hinc fugam adornare, illicine obsequium meditari? Licebit etiam decenter imitari tale scriptio[n]is genuus, & factu vel dictu memorabilia subinde notare & digerere. quod nimis feliciter præstitille, vir illustri prosapia, Baptista Fulgosius; mediocriter etiam Ant. Sabellicus. Quæ te tuamque fortunā deceant vides, mi Stanislae. *Vindica te tibi, & tempus, quod adhuc aut auferebatur, aut surripiebatur, aut excidebat, collige & serua.* cogita ex quibus carceribus ad quam metam properes. Nobilissimus es, fortunatus es. Ergo studia tua ex nobilitate metire, ex fortuna sapere disce. An quod pleriq; omnes huius loci hodie aliter faciunt? Eo tu plus gloriae ex bono facto exspecta. Humilia ingenia sunt, quæ apud minutarium quætiuncularum gyros atq; inandros, tanquam apud Sirenios leopulos consenserunt. Legisti hoc ipse, nisi fallor, apud Atticarum Noctium commentatorem. Et delectentur sane illis studiis, quibus & fructus aliquando ex professione eorum. Tibi quid inde? Fastidium maiorum curarum & proprie-

tua-

tuarum. Dicendum tibi hoc semel putau[er]i, ob istos, qui & studia aliquam nobilitatem, & nobilitatem sua studia habere nesciunt. Tu autem illud veteris Poetæ tibi dictum puta.

Totū cūnq; hōlā zōnū osoñū wēpukīm. Et quod agis, gnauiter age. optima cogitanda sunt, plurima discenda sunt, utilissima legenda sunt, ut recte viuas & bene facias. De ipsis duobus, non desunt tibi quotidiana[m] mæ monitiones, adhortationes, cautiones. De ultimo, illud accipe, quod Zenoni quærenti, quomodo optime viueret oraculum respondit *Ενηγερτιστοίς νέρποις*, quo ille accepto, totum scibris veterū mancipauit. Hunc tu imitare, & cauesis alio animo Valerium nostrum accipias, quam quo C O L E R V M amplecti consueisti. Vale.

Haidelbergæ Calend. April.

C I O. 1 0. C I.

MARTINVS AICHMAN
I.V.D. ET IN AVLA WIR-
tembergensi Cancellarius.

IN VALERIVM MAXIMVM
a

CHRISTOPHORO COLERO
denuo restitutum & illu-
stratum.

A Vthorum veterū reparat qui scripta labore
Peruigili, prauas tollit & inde notas:
Dignus is est habitus semper non laude minore,
Quam qui principio condidit author opes.
Eius id elogium est, qui maiestate verendus
Cesarea, cuius est rata ubique fides.
Hinc igitur merito maestandus honore COLERVUS
Et modo non dia laude vebendus erit:
Qui critico turpes perstringit acumine mendas,
Et loca fert rutilas per tenebrosa faces.
Historia Princeps Latia SALLVSTIVS exstat
Sanatunt illius seque fateretur ope.
Ille fatetur idem, cuius Romana theatra
Sepius ad Pœnos obſtupuere sales.
Iamque viget culti non ultima gloria ſeculi
Diffa & Faſta virūm qui notat omnigena:
Multas ille manus urentes atque fecantes,
Nempe ſalutarem ſenſit & ille tuam.
Tres magni COLERE virisibi munera vita
Debent, debentur munera quanta tibi?

Cod. tit de
bet. iur. e-
nucleando.

CHRI-

CHRISTOPHORO COLERO.

RvſTRA laborant corrigendis in libris
COLERE veterum, ni ſibi plane induant
Criticine Cenſoreſue noſtri temporis
Cor atque mentem auctoris, & verba ipsamer,
Phrasimque dicendi ſtilumque proprium.
Tu prorsus omninoque te ſenſus uifer
Penetrasti in omnes & ecur Salluſtii,
Vi & Valerii, luculentum reſtum;
Quos vindicasti reſtitutoſ priftino
Scie nitoriſ. Quin nouam ſibi redditam
Animam facientur publice, ſequi unicum
Salutis adſertorem ubi uis gentium
Vulgare tendunt. Non ſatis ſit gloria,
Non ſatis honoris, in utrinque dupli-
Vita uisque vitam prorogare duplē?

PAVLVS MELISSVS
Francus, Comes Pal. & Eques
aut. Ciuis Romanus.

COLE RO

S.

Nensis, & quod excurrit, abierat ex Valeriana editione ab soluta, cum nobis redditæ sunt optatissimæ litteræ tuæ, iam de præfatione sollicitis : redditæ sunt autem, non solum cum præfatione quam desiderabamus, sed cum andictario etiam Animadversionum, quo usuram videris illius missæ tardius pendere voluisse. Sed illam, utræcumque editioni præmisimus ; hoc, absolute iam libro, subiecimus, velut appendicem, iucundam lectori studioso, & utilem.

Exemplar ipsum autem, quod nobis abiens in Poloniam reliquisti, secuti sumus accurate: nisi quod à pag. ix. usque ad xiiii. littera quam vocant *Cursiveam*, expressimus quæ aberant ab optimo & fidelissimo codice *P. Danielis* v. c. l. quæ non esse ipsius Valerii concepta verbis, verbis conceptis iurabit quicunque ea expendet vel leviter: inserta nimis ex adbreuiatore, ne quid desideraret exemplorum lector, & ut ille velut hiatus repleteatur. *Pighius* certe & ipse ad cap. xiiii. subodoratus est epitomen ista redolere. Sed si qui aure du riore, non satis intelligit quæ sit utriusque stili & auctoris & adbreuiatoris differentia, audiat is quæ antiquissimo illi & longe optimo Co duci

dici *P. Danielis* leguntur preflixa. Prima clausa pagella, aut pagellæ potius fragmentum: est enim exesa vetustate magnam partem: illa, inquam, pagella præposita Indici capitulorum, hæc habet. In adbreuiatore, qui & vetustus est, quedam reperta sunt, quæ quoniā nostro deerant, necessario supplevi. Sequuntur inde adbreuiata exempla: & *Timasithæi* primum, quod ipsius tamen *Valerii* verbis explicatum habemus. *Timasithæus Loparensis* creteram quam *Romani Pythio Apollini* miserant, interceptam a Piratis, curauit Delphos perferendam. *Milesia Ceres*. & quæ legūtur infra pag. ix. & sequentibus, usque ad illa *Deiotaro* vero: pag. x xiiii. quæ non esse ipsius *Valerii*, quius facile agnoscat.

Nomen adbreuiatoris habet idem *Codex*, in fine, id est post rhapsodiam libri x. ad quam nomen idem & *Pighius* notauit ex suis mis. Ille autem ut dixi *Danielis* sic habet. *Feliciter emendaui*, *descriptum Rabenna Rusticus Helpidius Domnulus*. v. c.

TITVLVS ADBREVIATORIS.

C. Tit. Probi finit epitoma historiarum diuersarum exemplorum Romanorum. Sed de hoc quid sentiendum sit, tu nos docebis aliquando.

Vetustum autem fuisse, inde paret quod quæ ex eo adscripta sunt libro *Danielis*, veteri omnino manu tracta sunt: & sunt illa ipsa aliis veteribus manuscriptis inserta, nullo discrimine, tanquam genuina *Valeris*. Vale v. c. l.

VALERII MAXIMI
VITA.
INCERTO AVTORE

VALERIVS MAXIMVS ciuius Romanus, Patricio generenatus, omnem pueritiam, & magnam adolescentie partem liseris peresiendis, & honestis artibus dedit. Inde, sumpta virili toga, se consulit ad rei militaris disciplinam, ubi aliquandiu stipendia fecisse, & in Asiam cum Sexto Pompeio nauigasse dicitur. Vnde reversus, eum videret se patria sua tam benescendo, quam benefaciendo posse prodeesse, a quo incepto studio militia gloria detinuerat, eodem regressus, statuit urbis Romae, exterarumq; gentium facta, simulac dicta memoratu digna, ut ipse facetus, literarum monumentis commendare: quod feliciter & gloriose consecutus est. Floruit autem Tiberii Cesaris temporibus, & sub eius imperio hanc scripsit historiam, cuius etiam numen innocat. Imperatores enim Romani, cum virtute sua in se sancte- que gessissent imperium, divino celebrabantur honore, & in decorum numerum transferabantur, unde etiam Diuos imperatores appellamus. Genius vero suum paternum a gente Valeria, maternum a Fabia duxisse fertur: unde Valerius Maximus ex utraque familia ei nomen est, de cuius morte certi nihil potest afferri.

VALE-

VALERII MAXIMI
VITA, C. MITALERIO VIENNEN-
sis prouincia iuridico auctore, ad Io. BVE-
FENANTIVM in suprema Delphina-
tium curia Presidem.



VALERII Maximi prænomen librariotum iniuria iam olim amissum vero proprius est, quā ab ipso omissum fuisse. Ridiculum est autem, quod maternum genus eius quidam à Fabia gente repetunt cognominis argumento. Nam præterquam quod id aliis quibusdam Rom. gentibus commune fuit, vt Carbiliꝝ, Cornelii, Manlia: constat certe id longe ante in Valeria, quā in Fabia gente fuisse, inde usque à M. Valerio illo Maximo, qui Cos. anno Vrb. ccxcviii. cum Sp. Virginio Calimontano fuit: cum qui Fabiorum primus eo cognomine affectus est Q. Fabius Rutilianus Ambusti F. Gurgitis patet, Censorum cum P. Decio omni forensi turba in quatuor tribus digesta anno vrb. cccc. xternum gloriosumque id sibi ac familiæ suæ pepererit. His accedit quod qui à materna denominarentur, non cognomina, quæ nulla sœminis fuerunt sed gentilitia nomina in possessuum transformata modum adsciscabant. Sic è duabus Censorii Catonis uxoribus Licinia & Salonia partim Liciniani sunt, partim Salonianii appellati: quo modo à

Petronia matre Petronianus Vitellii Cæfaris filius, à Vespasia, & Domitilla, Vespasianus, & Domitianus, impp. dicti sunt. Quod &c in arrogationibus adoptionibusque obseruabatur, quo modo Pomponium Atticum illum Ciceronis amicum ab auunculo Q. Cæcilio testamento in nomen familiamq; adoptatum Qu. Cæcilium Pomponianum Atticum dictum fuisse comperimus. Hinc Rutilianos, Aemilianos, Seruianos, Calphurnianos, Octavia-nos, è Rutiliis, Aemiliis, Seruiliis, Calphurniis, Octaviais in alienas traductis familias agnominatos fuisse legimus. Ciuem certe Romanum identidem se his fuisse verbis significat, *Ciuitatem nostram, nostri imperis, nostris ceremoniis, forum nostrum*, & similibus. Sed ingenuum, quando etiam de eius statu dubitatum scio, ex patritia videlicet Valeriorum gente etiam ipso cognomine. Libertini enim seruili nomine cognominis vice retento solum patronorum nomen, prænomenque usurpabant, cognomine vero, quod plerunque fortuna fuit, ac gloria, ablinebant: quod & ipsum in iis qui ipsi ingensi cuiusquam beneficio ciuitatem Rom. consequuti, aut in colonias transcripti fuerant, obseruabatur. Sex Pompeio arctissima necessitudine deuinatus fuit, adeo quidem ut in eius commemoratione sibi instar Alexandri eum fuisse scripserit: *cum illi, inquit, Hephaestios suis alter fuerit Alexander*: nec dubitauerit supremum sibi atque illi inter rara amicorum paria locum facere. Huius Sex. Pompeii, Sextique Apuleii consulatu Augustus è viuis

viuis excessit: primisque cum ipsi in Tyberii verba iurauerunt, tum etiam ceteros adegerunt. Quo merito postea principis inter primarios amicos fuit. Magna certe eloquentiae gloria ac gratia fuisse vel illud in primis arguit, quod eum sibi Gn. Piso conslata Germanico mortis reus patronum cum præstantissimis eius saeculi oratoribus depoposcit. Quocirca eum non clarissimum modo sed etiam disertissimum Valerius appellavit. Inde M. Lepidum illo nomine ac genere ut socordem & ignavum, maioribusque suis dedecorum Asia pro consulatu aduersatum maxime Senatu turbauit. Ipse in eius locum suffectus Valerius inter præcipuos cohortis coluit, ingenii ac morum amerenitate delinitus. Tyberio quidem, & vniuersa Cæsatum domui, inolito iam tum etiam illustribus familiis more, enixissime adulatur. Itaque libro ix. inter dictorum improborum factorumque sceleratorum exempla ultimo, ceu Colophonem, loco Sezini / quod recte subodoratus est Pighius / suppresto tamen singulari quadam adulandi artificio, eius nomine supra omnium flagitorum conditionem perfidiam audaciamque incensit.

INCIPIVNT CAPITV-
LA LIBRORVM VALERII
MAXIMI FACTORVM ET
dictorum memorabilium.

LIBER PRIMVS.

- 1. De religione. 2
 - 2. De simulata religio-
ne. 10
 - 3. De peregrina reli-
gione reiecta. 11
 - 4. De auspiciis. 11
 - 5. De omnibus. 13
 - 6. Deprodigis. 16
 - 7. Desomnis. 21
 - 8. Demiraculis. 29
- LIBER SECUNDVS.
- 1. De matrimoniorum
ritu, & necessitu-
dinem officiis. 39
 - 2. De magistratu*m*
que ordinum offi-
ciis, & institutis.
42
 - 3. Demilitaribus insti-
tutis. 45
 - 4. Despectaculis. 46
 - 5. Defrugalitate &
innocentia. 50
 - 6. De externis insti-
tutis. 51
 - 7. De disciplina mili-
tari. 56

8. De irretriumphi.
64

9. De censoria seneri-
tate. 67

10. Dematestate. 71

LIBER TERTIVS.

- 1. De indole. 75
- 2. De fortitudine. 77
- 3. Depatientia. 90

4. De humili loco natis
qui clari evase-
runt. 93

5. Qui a preclaris pa-
rentibus degene-
rarunt. 95

6. De illustribus qui in
veste, aut cetero
culu*m*, licentius sibi
indulserunt. 96

7. Defiducia sui. 98

8. De constantia. 105

LIBER QVARTVS.

- 1. De animi modera-
tione. 112

2. De reconciliatione.
120

3. De abstinentia &
continentia. 122

4. De paupertate lau-
data. 129

5. De verecundia. 133

6. De amore coniugali.
135

7. De amicitia vincu-
lo. 139

8. Deliberalitate. 145

LIBER QVINTVS.

- 1. De humanitate &
clementia. 149

2. Degratitudine. 157

3. De ingratisudine. 162

4. De pietate in paren-
tes. 168

5. De pietate fraterna.
173

6. De pietate erga pa-
triam. 175

7. De patrum amore, &
indulgentia in li-
beros. 179

8. Qui seueri aduersos
liberos. 182

9. Qui moderati ad-
uersus suspectos li-
beros. 184

10. Qui filiorum obitū
forti animo tule-
runt. 185

LIBER SEXTVS.

1. De epidiccia. 188

2. Quilibet dicta aut
facta. 192

3. Deseneritate. 198

4. De grauitate dictis
aut factis. 202

5. De iustitia. 206

6. De fide publica. 210

7. De fide uxorum er-
ga maritos. 213

8. De fide seruorum
ergadom. 215

9. De muta. n. mo-
rum aut fortune.
216

LIBER SEPTIMVS.

1. Defelicitate. 223.

2. De sapienter dictis
aut factis. 224

3. De vafre dictis aut
factis. 232

4. De stratagematis.
239

5. Derepulsis. 243

6. De necessitate. 245

7. De testamētis rescis-
fis. 248

8. Deratis testamentis.
& insperatis. 251

LIBER OCTAVVS.

1. De iudiciis publicis
insignibus. 254

2. De primatis iudiciis
insignibus. 260

VALERII MAX. LIB. I.

Gen. Verr. i. *mene esse voluit, certissima salus patria Cesar inuen-
co: cuiuscaelesti providentia virtutu, de quibus di-
cturus sum, benignissime sonentur: vita senectissi-
me vindicantur. Nam si priisci oratores ab Ioue
Opt. Max. bene orsi sunt, si excellentissimi viates a
numine aliquo principi atraxerint: mea partitura eo
instius ad saequarem tuum decurserit, quod cetera
divinitatis opinione colligitur: tua presentis fide pater-
no anitog. fideli par videtur: quorum eximio ful-
gore mulsum ceremonias nostris inolite claritatis
accessit. Deos enim reliquos accepimus, Cesares do-
dimus. Et quoniam initium a cultu deorum petere
in animo est, de conditione eius summatim differa.*

CAPUT L.

DE RELIGIONE.

OBSERVATA.

- 1 Appulo Ram.
- 2 L. Metello pont. max.
- 3 T. Gracchus & Coss.
- 4 Sacerdotum collegio.
- 5 Q. Fabius dicit. & C. Flac.
- 6 P. Crassus pont. max.
- 7 Aemilia Vestalis disce-
pula.
- 8 M. Marcello V. Cos.
- 9 L. Furius Bibaculo pro-
tore.
- 10 L. Albinus.
- 11 C. Fabio Dorsone.
- 12 Q. Petilio Sparino prat.
- 13 L. Tarquinio rego.
- 14 M. Attilio Regulo.
- 15 Senatus Romano.
- 16 A.C. Terentio Varrone,
ministro mag. eq.
- 17 Ap. Caco & gente Potti-
- 18 Milti Romano & Bré-
no Gallo.
- 19 P. Turdus prefector
classei.
- 20 Q. Fulvius Flacco cens.
- 21 Q. Pleminio legato
propr.

EXTERNA EXEMPLA OBSERVATAE VEL
NEGLECTAE RELIGIONIS.

- 1 Pyrrhus Epirotarum rex.
- 2 Massanisa Numidaria.
- 3 Dionysius maior Siculo.
- 4 Thyma-

CAP. I DE RELIGIONE

- 5 Thymasthenes Espani-
torum.
- 6 Alexandri regi milites.
- 7 Athenenses.
- 8 Diomedon Atheniensium
dux.

OBSERVATA.

- 1  Atores nostri statas solennesq; ce-
remonias, Pontificum scientia, be-
ne gerendrum rerum auctoriza-
tes, augurum obseruatione; A-
pollinis prædictiones, vatum libris;
portentorum depulsa, Etrusca discipli-
na explicari voluerunt. Prisco etiam
instituto rebus diuinis opera datur, cum aliquid com-
mendandum est, precatio: cum exposcendum, votu:
cum soluendum, gratulatione: cum inquirendum vel ex-
tis vel sortibus, impetrando: cum solenni ritu peragendum,
sacrificio. Quo etiam ostentorum ac fulgorum deau-
nitiones procurantur.

- 2 TANTVM autem studium antiquis non solum ob-
seruande, sed etiam amplificande religionis fuit, vt e flo-
rentissima tum & opulentissima ciuitate, decem princi-
pum filii S. C. singulis Etruris populis, percipiendæ fa-
cer: um disciplina gratia traderentur.

- 3 Ceret quoque, quam more Greco venerari institue-
rant, sacerdotem à Velia, cum id oppidum nondum ciui-
tatis nomen accepisset, Calcitanam peterent, vel, vt alii Anno V. 638.
dieunt, Calliphenoam: ne deo veruſtis tuis pericula defueret (sic pro Balbe).
antistes. Cuius cum in urbe pulcherrimum templum ha-
bent, Grachano tumultu montis Sibyllinis libris, vt ve-
tustissimam Ceretem placarent, Ennam (quoniam sacra Anno V. 638.
eius inde orta credebat) decem viros ad eam propitiari-
dam miserunt. Item matre deum sepenumero impera-
tores nostri, compotes victoriarum, suscepta vota Pelli-
sejan. nument profecti soluerunt.

- 4 METELLVS vero pont. max. Postumium consulem,
eundemque flaminem Martialem, ad bellum gerendum Anno V. 331.
Africam petentem, ne a laetitia discederet, multa indicta.
vibem egredi palus non esset: religionique summum im-
petuum cessat: quod tuto se Postumius Martio certamini
comansilucus non videbatur, ceremonias Martis deserte.

*An. V. 151.
Cic. de Natur.
deor. 1.*

L A U D A B I L E duodecim fascium religiosum obsequium, laudabilius quatuor & viginti in consimili re obedientia. a Tit. enim Gracchō ad collegium augurum littere sunt ex prouincia missae, quibus significabat se, cum libros ad sacra populi pertinentes legeret, animaduertisse vitio tabernaculum caput, comitius consulibus, quæ ipse fecisler; eaq; re ab auguribus ad senatum relata, iussu eius C. Iugiles & Gallia, Scipio Nasica & Corifica Romanam redierunt, & se consulari abdicauerunt.

*Anno V. 143.
Lumin. 26.*

C O N S I M I L I ratione P. Clælius Sicalus, M. Cornelius Cæthegus, & C. Claudius, propterea parum curiose admota ait deorum immortalium, variis temporibus, bellisque diversis Flaminio abiit iussi sunt, coactique etiam. At Sulpicio inter sacrificandum apex ecclipe prolapsum, ficerdotium abstulit.

*Anno V. 152.
Fest. 10.
Marcelli.*

O C T E N T Y s autem fortis auditus, Fabio Max. di-
staturam, C. Flaminius magisterium equitum deponen-
di causam prebuit.

A D I E C I E N D U M his, quod P. Licinio p[ri]tifici max. vir-
go Vestalis, quia quadam nocte paru[m] diligens & terti[us] ignis
cultus fuisset, digna vi[er]a est quæ flagro admonescetur.

*Dion. Halie.
antiqu. 4.*

M A X I M A E vero virginis Amilia discipulam, catino-
do igne, tutam ab omni reprehensione Vestæ nūn
præstitit, quadam nocte, cum carbasonum, quam optimam &
habebat, foculio imposuisset, subito ignis emicuit.

*Anno V. 147.
Lumin. 27.
Plutar. in vita.*

N O N mitum igitur, si pro eo imperio augendo, cu-
fodiendoque pertinax deorum indulgentia tempe-
re cubuit; quod tam scrupulosa cura, parula quoque mo-
menta religionis examinare videretur: quia nunquam re-
motos ab exactissimo cultu ceremoniarum oculos ha-
buisse nostra ciuitas existimanda est. In qua cum Marcellus
quintum consulatum geret templum Honori, & Virtuti,
Clastidio prius, deinde Syracusis potitus, nuncupatis
votis debitum consecrare vellet, a collegio pontifi-
cum impeditus est, negante unam cellam duobus dies re-
ete dicari. Faturum enim, si quid prodigii in ea accidisset,
ne dignoceretur utri rem diuinam fieri oporteret: nec
duobus nisi certis dies una sacrificari solere. Ea pontifi-
cum admonitione effectum est, ut Marcellus, separatis
eis diebus, Honoris ac Virtutis simulaçra statueret. Neq; aut
collegio

collegio pontificum auctoritas amplissimi viri aut Mar-
cello adiectione impensis impedimento fuit, quo minus re-
ligionibus luistenter, suaque obsecratio redderetur.

*Anno V. 156.
Lumin. 10.
1. cap. 21.*

O S R V I T V R tot etiam illustribus consulibus L. Fu-
rius Bibaculus, exempliq; locum vix post Marcellum in-
uenit. Sed p[ro] simul ac religiosi animi laude fraudandus
non est: qui prætor a patre suo collegii Sabinorum magi-
stro iuslus, sex lictoribus precedentibus, arma ancilia tu-
lit: quatuor vacationem huius officii honoris beneficio
haberet. Omnia namq; post religionem ponenda lem-
per nostra ciuitas duxit: etiam in quibus summa mai-
estatis conspicuus decus voluit. Quas peior non dubitauerit

** al. defervit.
sacrū impetu * ferore: ita sc̄ humanarum rerum futura
regimen existimantia si diuina potentia bene atq; constan-
ter sufficiat famulata.*

** al. velut
curā gerere
10*

Q VOD animi iudicium in priuatorum quoque pecto-
ribus verlatum est. V[er]be enim a Gallis capta, cum Flamen
Quirinalis virginisq; Vestales facta onere partito fecerit,
easq; pontem Subliciū transgressas, & eliuū, qui ducit ad
Ianiculum, descendere incipientes, L. * Aluvianus plaustru[m]
coniugem, & liberos vehens aspexit, propior publice nras
religioni, quam priuatae charitati, suis vt plaustru[m] descen-
derent, imperauit: atque in id virgines & sacra imposita,
omisso crypto itinere. Certe in oppidum peruenit: Vbi
cum somma veneratione recepta, grata memoria, ad hoc
viisque tempus hospitalem humeritatem restauit: Inde
enim iosticulum est, sacra Cærenonias vocari, quia Cæ-
renani ea, in fracto Reip. statu perinde ac florente, colue-
runt. Quisce agrestis illud & sordidum plaustrum, tempe-
stive capax cuiuslibet fulgentissimi triumphalis currus,
vel ex quauebit gloriam, vel antecepit.

*Eadem recipit tempestate C. Fabius Dotso memoria-
10 bili exemplu[m] seruatæ religionis dedit. Namq; Gallis Ca-
pitolum obidentibus, ne statum Fabiæ gentis sacrificiū
interrumperetur, Gabino ritu cinctus, manibus humeris
que facta gerens, per medias hostium stationes, in Quiri-
nalem collam peruenit: vbi omnibus solenni more pera-
ctis, in Capitolum post diuinam venerationem vicitri-
* al. propter
ciuum armorum perinde ne vicit, reddit.*

*M A G N A conluerande religionis etiam P. Cornelio.
Anno V. 177.*

*Licinus ad.
Flor. lib. 13 c. 13.
Flor. in Nam.*

* *al. Namz
Pomponii*

* *al. obser-
uandos*

11. *M. Atilius ps.
sat Diu. lib. 4.
Sed patricius
eis debet, sed
tefla.
Anno 5. 6. 3.
Pisacare. Rhet.
ad Herennium.*

12. *Anno V. ap.
Pisacare & ali
Anno V. ap.
Cer. offici.*

* *al. hostes*

13. *Anno V. 525.
Lousius 22.*

& Babio Tamphilo & o.s.s. apud maiores nostros acta cura est. Siquidem in agro L. Petilius scribæ sub laevicolo cultoribus terram altius versantibus, duabus arcis lapidis repertis, quarum in altera scriptura indicabat corpus * *Numa* Pompilius Pomponis filii fasce. in altera libri re. 11 condicerat. Latinis septem de iure pontificum, totidemque Græci de disciplina sapientiæ: Latinos magna diligentia * afferuandos curauerunt. Græcos, quia aliqua ex parte ad soluendam religionem pertinere existimabantur. L. Petilius prætor Urbanus ex auctoritate senatus per victimarios igne facto, in conspectu populi cremauit. Noluerunt enim priisci viri quicquam in hac afferuari ciuitate, quo animi hominū à deorum cultu auocarenter.

12. *T. A. Q. V. 11 V. 3 autem rex M. Tullium Duumvirū, quod librum secrera ciuium sacerdū continentem, custodia sua cornillum, corruptus Petronio Sabino describendam dedillexit, culco intulam in mare abuci usus: idq; 13 supplici genus multo post patricidij siege interrogatum est. Iustissime quidem: quia pars Sordida parricidina ac Deorum violatio expandit.*

13. *Sed in his que custodiā religiosis attineat, nescio annones M. Atilius Regulus præcesserit, qui ex victore speciosissimo, insidiis Alcibiatis, & Xanthippi Lacedæmonii ducis ad miserabilē captiuū fortunā deductus ac missus ad s. r. Q. R. legatus, ut ex se & vno, & sene, coplures Pœnorū iuuenes penitentiantur: in contrarium dato consilio, Carthaginem repetuit: non ignoratus ad quā crudelitas, quamq; etiam merito fidei infestos * deos reverteretur. Verum is iurauerat, si captiuū eorum redditi non forent, ad eos se reditum. Potuerunt profecto dii immortales effera tam mitigare fænum: ceterum quo clatior esset Attila gloria, Carthaginenses moribus suis vii passi sunt: tertio Punico bello religiosissimi spiritus tam crudelitez vexati, vibis eorum interitu iusta exacturi piacula.*

14. *QVANTO nostræ ciuitatis senatus venerabilior in Deos! qui post Cannensem cladem decreuit, ne matronæ ultra trigessimum diem luctus luos extenderent, vii ab his sacra Cereris pesagi possent: quia maiore pene Romanorum virorum parte in execrabilis ac diro solo iacente, nullius penates mortosis expertes erant. Itaq; matres ac*

filiæ, cōiugesque, & sorores, nuper interfectorum abstensis lachrymis, depositisq; doloris insignibus, candida indebet veste, & atra date thura conctæ iunt. Qua quidem conflata obtinēdæ religionis, magn' exercitibus inuestus est rubore vltimus aduersus eā fæcundū gentē, qne iniuria quidē acerbitate ab eorū cultu absterret potuerat.

NEGLECTA.

15. *CREDITVM est Varrenem consulem apud Cænas cum Carthaginensibus tam infeliciter dimicasse ob iuram Junonis: quod cum iudos Circenses aediles ficeret, in Louis Opt. Max. templo eximia facie puerum iustitionem ad excubias tecendas posuisset: quod factum post aliquot annos memoria repetitum, sacrificiis expiatum est.*

16. *HERCVLES quoque detracte religionis lux, & grauem & manifestam peccatum exegile traditur. Nam cum Pontii sacerdotum eius ritum (quem pro dono genti eorum ab ipso assignatum, velut hereditarium obtinuerant) An. urb. 458 auctore Appio Censore, ad humile seruorum ministeriū transstulissent: omnes qui erat numero super 30. puberes, intra annum extinti sunt, nomenque Pontium in duodecim familiis diuīsum prope latenter. Appius vero lumenibus captus est.*

17. *AC & n. enam sui numinis vindet Apollo, qui Carthaginem à Romanis oppressa, veste aurea nudatus, id egit, An. urb. 449. vt sacrilegæ manus inter fragmenta eius absclitæ inueniatur, Brennus Gallorum dux Delphis Appollini tē- Apoll. Panis. Peu. am. Pœn. Infin. 24.*

18. *Nec minus efficax vltor contépiz religiosis filius quoque eius Aesculapius, qui cōsacratus templo suo lucū à Tullilio præfecto Antonii, ad naues ei faciendas, magna ex-*

19. *27 parte luciū dolens, inter ipsum nefarium ministeriū deuictis partibus Antonii, imperio Cæsaris destinatum morti Tulliū, manifestis numinis sui viribus cum in lucum, quem violauerat, traxit: effectusque Deus, ut ibi potissimum à militibus Cæsarianis occisus, codem extitio, & eversis iam arboreis pœnas fueret & adhuc superrantibus, impunitatem confirmilis iniuriaz pareret: suamque venerationem, quam apud colentes maximam semper habuerat, multiplicaret.*

^{11.}
Anno V. 179.
Liber 42.
ad causa
Q. autem Fulvius Flaccus impune non tulit, quod in censura terribilis in armores ex Iunonis Lacinia templo in eadem Fortunæ Equestris, quam Romæ faciebat, tras- tulit. Negatur enim post hoc factum mente constituisse: quia etiam per lumen et genitatem animi spirauit, cum ex duobus filiis in Illyrico militantibus, alterum decessisse, alterum graviter aduersum affectum. Cuius est casu 18 motus senatus, regula illoco reportandas curauit: decre- 19
tio: circumstetillina sanctione ita pium opus censoris retexuit.

^{37.}
Anno V. 149.
Lin. 19. C. 16.
~~* al. mortis~~ T A M me hercule quā Q. Pleminii legati Scipionis in
thesauro Proserpinæ spoliando sceleratam auctoritatem iu-
ste animaduictione vindicauit, cum enim vincitum Ro- 19
man protracti iussisset, is autē causē dictionem in car-
cerē teterrimo genere * morbi conlumpus est: pecu-
niām Dea eiusdem senatus imperio, & quidem sumam
duplicando recuperauit.

EXTERNA EXEMPLIA, OBSERVATAE
VIL NEGLIGENTIA RELIGIONIS.

22.

Quod quidem ad Pleminii facinus pertinuit, bene à patribus conscriptis vindicatum est. Quod ad violentias regis Pyrrhi fordei: attinetat, scipionem potenter atq; efficaciter deo defendit. Coactis enim Locrensisibus exthesauito eius, magnam illi pecuniam daturum cum onustus nefaria præda nauigaret, si subite tempestatis rotta cum classe vicinis Deo litteris illius est: in quibus pecunia incolunis reperita, tanquam thesauri custodiæ restituenda est.

AT non similiter Massanis rex, cuius cum praefecto
et classi Melitam appellat, * eque fano Iunonis denteis
et que ciburneos eximie magnitudinis sublatos, ad eum pro domo
attulisset: ut competit unde adiecti essent, quinque
remi reportando Melitam, inque templo Iunonis collo-
candos curauit, insculptos gentis sui literis, significan-
tibus regem ignorarem eos accepisse & libenter Deas
reddidisse. Factum Massanis animo, quam Punico san-
guini conueniens: quamquam quid attinet mores nationes pendit in media barbaria ortus, sacrilegium reficit
alienum.

S Y R A C U S I S Dionysius genitus, tot sacrilegia sua, quod iam recognoscimus, iocosis dictis prosequi voluptatis loco duxit: fano enim Proserpinæ Ipolito Locris, cum per altum secundo vento classe vehetur, ridens, amicis Videntine, ait, quam bona navigatio ab ipsius diis immortibus sacrilegistribuatur: Detracto etiam loui Olympio magni pôderis aureo amiculo, quo eum tyranus Geto e manubris Carthaginensium ornauerat, iniecioque ei lanceo pallio, dixit; restare græve amiculum aureum esse, hieme frigidum lanceum autem ad virumq. tempus anni aprius. Idem Epidauri Æsculapio barbam auream demi iussit: q. affirmaret, nô conuenire patrem Apollinem imberbem, ipsum barbatum conspici. Idem meofas argenteas, atque aureas è famis iustulit: quodque in his more Græcie scriptum erat, honorum decorum eas esse, viise bonitate eorum praedicauit. Idem Victoriae aereas, pateras, & cotonas, quæ simulacrorum portetis manibus sustinebantur, tollebat, & eas se accipere, non auferre, dicebat: per quam stultum esse argumentando, à quibus bona precamur, ab his portigentibus nolle sumere. **Qui** in acti debita supplicia non exsoluit, dedecore tamen filii, mortuus per nos rependit, quas viuus effugerat. **L E N T O** enim gradus ait vindictam sui divina procedit ira: t'at distatemque supplicia gravitate compensat.

^{A. V. 319.}
LXXXI. Pla-
tarch. Camille.

IN QVAM ne incidet Thymasitheus Liparitanorum princeps, consilio sibi pariter, atque vniuersitate patrum, utile prouidit exemplo: Excepta namque in freto a ciui- bus suis piraticam exercentibus magni ponderis aurea cratera, incitatoque ad eam patiendam populo, ut con- perit a Romanis Pythio Apollini decimatum nomine di- catam, manibus venundantium erectam Deo Delphos perferendam curauit.

MILESTA Cetera, Mileto ab Alexandro capta, milites qui tempium spoliaturis implicant, flamma obicit a primitus oculis.

²⁷ PERSAS mille manum numero Delum compusitum-
plo Apollinis irreligosa potius mansu quam rapace adhi-
buerunt.

Athenienses Diogenem philosophum popularunt. Corpus de Natura
animarum, 2.1.

*Musarum.
Soni. Eliae.
Var. l. f. 2.
Plato.*

*Videb. 3. c. 2.
deconficiuntur
Sociata.*

deinde si sint, quales sint. Idem Socratem damnauerunt, quod nouam religionem introducere videbatur. Idem Thidiam tulcunt, quandoque marmore potius quam ebore Minervam fieri debere dicebat, quod diutius nitor esset mansurus: sed ut adiecit, & vultus, taceo iussunt.

DIOMEDON Enus ex decem duobus, qui Arginus ²¹ eadem pugna Atheniensibus victoriam, sibi vero diamantinem pepererunt, cum iam non ad meritum supplicium duceretur, nihil aliud locutus est, quam sit *Vota pro incomititate exercitus ab ipso nuncupata soluerentur.*

CAPUT II. DE SIMVLATA RELIGIONE.

A ROMANIS.

- 1 Numa Pompilio vege.
- 2 P. Scipione Africano ma-
- 3 L. Cornelio Sulla,
- 4 Q. Sertorio.

AB EXTERNIS.

- 1 Minos Cretensum rege,
- 2 Pisistrato Athenensi,
- 3 Lycurgo Spartano,
- 4 Zaleucus Locrensi,

*A. V. 39 circi.
An. 1. 1. 1.
L. 1. 1.
Piatarch. Dor-
ny. & alii.*
NUMA Pompilius, Et populum Romanum sacra ob-
ligasset, solebat videri sibi cum dea Regia congrega-
tus esse nocturnos: cuius, monitu acceptis diis immortalibus
sacra instituere.

*An. 1. 1. 2.
L. 1. 1.
Quint. 1. c. 4.*
SCIPIO Africanus non ante ad negotia publica vel
privata ibat, quam in cella Iouis Capitolini moratus esset
& idcirco genitus credebatur.

*An. 1. 1. 2.
An. 1. 1. 2.
Piatarch.
Front. 1. cap. 11.*
LSYLLA, quos praeleum committere destinabat,
parvum Apollinis signum Delphos sublatum, in conspectu
milium complexus, orabat uti promissa maturaret.

*An. 1. 1. 2.
An. 1. 1. 2.
Piatarch.
Front.*
QSERTORIVS per afferos Lusitanis colles cernens
albam trahebat: ab easce, quenam aut agenda, aut vita
de essent, predicans admonet.

EXTERNA.

*Piatarch. Mi-
nistri.*
MINOS Cretensum rex nono quoq; anno in quoddam
prædulum, & futu[m] a religione consecratum species secedere
solebat: & in eo moratus, tanquam a Ioue, quo se contum-
fiebat, traditas sibi leges prærogabat.

*Pisistratus in recuperandis tyrannie, quam a-
miscerat simulatione reducentis in arem Minerva est Herod. 1.
Iosephus cum per ostentationem ignota mulieris, qua* Pleya * al. Eta
vocabatur, formata ad habitu Dea, Athene, se deciperet.*

*Lycurus confusis Apollinis grauissime Lacedemo-
porum ciuitati leges compostas ferre se persuasit.*

*Zaleucus sub nomine Minerva apud Lacræs pru-
dentissimus habitus est.*

*Suidas & Co-
delig. 1. 1. 1.
Jan. Varr.
Hist. 2.*

CAPUT III. DE PEREGRINA RELIGIONE RETRACTA.

1 A senatu Romano.

2 A C. Cornelio pretore.

3 A L. Æmilio Paulla.

Cos.

BACCHANALIVM sacrorum mos novus institutus, ¹ An. 1. 1. 2.
Ecum ad permisam cesaniam iterum sublatus est. ² Lemnos.
Lutatius, qui primum Funicum bellum concessi, a finis-³ An. 1. 1. 2.
tu prohibitus est sortes Fortuna Franctina adire. Auspicio-
cum enim patru, non alienigenis temp. administrari ope-
tere iudicabant.

C. CORNELIUS Hispanus pror peregrinus M. Popillia ⁴
Lanata, Cn. Calpurnio Coss. editio Chaldeos intra dei- ⁵ An. 1. 1. 2.
mum dicim abire ex Urbe, atque Italia iussa: leviline &
inceptu intermissa, fallaci siderum interpretatione, quiescio-
tam mendacem lucis aliquid* insucentes.

Idem, qui Sabazii Iouis cultu simulato moves Romanos tes-
infusce comati sunt, damos suas repetere cogit.

**L. ÆMILIUS Paullus consul, cum senatus lisdic co-
scruplo sanatoria censisset, eaque nemo opificum at-⁶ An. 1. 1. 2.
tingere auderet, posita praetexta securam attiquis compleque-
cuius foribus influxit.**

CAPUT IV. DE AVSPICIIS.

VALER. MAX. LIB. I.

QUAE CEPERE RO-
MANI.

1 Atius Natus Augur.
2 Ti. Gracchus. Ti. F.
trib. pleb.

3 P. Claudius Pulcher, &
L. Junius P. Sullus Cos.
EXTERNI.

4 L. Metellus pont. max.
5 M. Tullius Cicero.

6 M. Junius Brutus procos

ALEXANDER MAGNUS.

2 Deontar rex.

An. urb. 148.
An. urb. 149.
An. urb. 150.
An. urb. 151.
An. urb. 152.
An. urb. 153.
Plutarch. 10.
201a.

L. TARQVINIUS Rex centuriis equitum, quas Ro-
mulus auctorato conscripsit, alias aducere cupiens; cum
ab Atio Natio augure prohiberetur, offensus interrogavit.
Posse fieri quid ipse mente conceperat. Posse fieri dicente:
iussit nouacula cotem discendi. Quia Atius allata, admini-
strato incredibili facto, effulsum sua professionis oculis regis
subiicit.

TIT. GRACCHUS, cum ad res nouas paraverit, au-
spicia domi prima luce petuit: que illi per quam tristis re-
sponderunt. Nam ianua egressus, ita pedem offensit, et di-
gredi et decursetur: tres deinde cornua cum aduersum ac-
cidentes, partem regula decussam ante ipsum propulerant.
Quibus omnibus contemptis, a Scipione Nasica pontifi-
ce maximo decussus Capitulo fragmento subfelli uide pre-
cubuit.

P. CLAUDIUS bello Piceno primo, cum praeilio natale
P. Clodius, Cne. di-
com. 1. & 1. & pueris non exire eas a pullos muniti assit, abufer eos in ma-
de Nas. deo. 1. reuissit dicens, Quia esse nolunt, bibant. Et L. Junius P.
Claudius collega neglecta auctoratu, classem tempestate cam-
fit. Quorum ille popule iudicio concidit damnationisque hic
ignominiam voluntaria morte prauenit.

CVM METELLVS pontif. maximus, Tusculanum
petret, corus duo in os eius aduersum Velutiniter impediens
res aduolauerunt: *Vix quo extuderunt, ut domum redi-
ret.* In sequente nocte ades Vesta arsis: quo incendio,
Metellus inter ipsorum saptum Palladium incolore ser-
nauit.

M. CICERO nisi imminent auctoratio predi-
ca est: cum enim in villa Caetana esset, corus in conse-
quens horologii ferrum lata matu exsuffit, et proximus ad
ipsum retendit, ac lacrimam togamque tenuit, donec

CAP. V. DE OMNIBVS.

dome seruus ad occidendum cum milites Consiste nun-
ciaret.

M. BRUTVS cum reliquias exercitus sui aduersus Ca-
farem & Antonium eduxisset, duos aquile ex diversis ca-
bris aduolauerunt, & edita inter se pugna, ea que a parte ub. 47.
Brutus fuerat mala multitate agit.

EXTERNA.

CVM REX Alexander urbem in Egypto constituisse
vellet, architetus Diocletius cum circuam non haberet po-
tentia futura urbis lineamenta duxisset, ingens autem linea
multitudine proximum lacu emissa polentiam depastac est quod
sacerdotes Egyptianum interpretati sunt, ad ascensum fit-
quentis elementus sussesturam urbem.

DEIOTARO vero regi oratione fere auspicio geren-
ti solutaris aquile conspicuus fuit: qua rila, abstinuit
ab eius rectivo, quod nocte in sequenti, ruina solo ex-
quatum est.

CAPUT V.

DE OMNIBVS.

QUAE ACCEPERE
ROMANI.

1 Patre ascripti.
2 M. Furius Camillus di-
ctator.

3 L. Fannius Paetus Cos.

4 Caelius Metellus.

5 C. Marcius exul.

6 Cn. Pompeius Magnus
procos.

7 M. Brutus procos.

8 G. Cassius procos.

9 Q. Petillius cos.

EXTERNI.

1 Trienarius.

2 Apollonius.

OMINVM etiam obletuario contactu aliquo reli-
giosis innixa est: quoniam non fortuito motu, sed
divina providentia constare creditur.

Quae efficit, ut Urbe a Galliis disiecta, deliberanti-
bus P. C. virum Veios migrant, an sua incensa resti-
tuerent, forte ec tempore e praedilio cohortibus red-
euntibus, centurio in Comitio exclamaret, Signifer,
hunc signum, hic optime manebimus. Ea enī voce

An. urb. 152.
L. Junius 153.
Dionys. 154.

An. urb. 153.

Pintarch. 154.
Plutarch. 154.

audita, senatus se accipere omen respondit, euestigioq;
Veiost translendi consilium omisit. Quam paucis verbis
de domicilio futuri summi imperii confirmata est con-
ditio. Credo indignum diis existimantibus, propter au-
spiciis Romanum nomen ortum. Veientane verbis ap-
pellatione mutari: inclivæq; victoria decus modo abie-
ctæ Vibis ruinis infundi.

*An. 756. 357.
Lamia p. Fin-
kirk.*

Huius tam præclaræ operis auctor Camillus, cum ef-
fet precatos, ut si cui deorum nimis felicitas populi Rom.
videretur, eius inuidia, suo aliquo incommode latiaretur,
subito lapidem decidit: quod omen ad damnationem, qua
postea appressus est, perinuisse vilium est. Merito autem
de laude inter se, *victoria*, & pia precatio amplissimi viri
Certaceous, *coquim* *viratius* *est* & *bona* *paritia* *auxilis*.
Et malitia se transfigr. coluisse.

*An. 756. 575.
Ex. dion. 2.
Plutarch.*

Qui u illud, quod L. Paullo consuli euenerit, quam me-
morablet: cum ei forte euenuisset ubi belliero cum rege Per-
segeret, & domum è curia regressus, filiolam suam no-
mine Tertiam, qua cum erat admodum patula oscula-
to, milie anima aduertere interrogauit, quid in ea vultu
esse, qui respondit, Perlam perisse. Deceperat autem ca-
tellus, quæ puerla in delitiis habuerat, nomine Persa: Ar-
tipintigium omne Paullus, *que fortuito dicto, quasi spé
certam clarissimi triumphi animo prelumpit.

*An. 756. 575.
Cicero. Cet.
dion. 1.*

At *CÆCILIA* Metelli, dum tororis filia, adulteri
xeratis virginis, more prisco, nocte concubia nuptialis pe-
tit, emen ipsa fecit. Nam cum in facello quodam eius rei
statia, aliquandiu per sedisse, nec villa vox propriei con-
gruens esset audita, scilla longa standi mora puerla, roga-
uit maceretem, ut libi paulisper locum residendi accom-
modaret: cui illa, Ego vero, inquit, libenter tibi * mea
fede cedo. Quod dicta ab indulgentia profectum ad certi-
tum omnis procellit euentus: quoniam Metellus non ita mul-
to post, in mortua Cæcilia, virginem, de qua loquor, in ma-
trimoniū duxit.

*An. 756. 575.
Plutarch.*

C. AYXZII Mario obsecratio omnis procul dubio
saluti fuit, quo tempore hostis à senatu indicatus, in
domum Fanozzi Minturnis custodie causa deductus
est. Animaduertit enim a se ilium, cum ei pabulum ob-
nucietur, neglecto eo, ad aquam procurrentem. Quo
specta-

spectaculo, deorum prouidentia quod sequeretur, ob-
latum ratus, alioquin etiam interpretandarum religio-
nū peritissimus, à multitudine que ad opem illi ferendam
confluxerat, impetravit ut ad mare perduceretur: Ac
preciosus nauiculam conculcit: eaque in Africam perue-
ctus, arma Sullæ vetricia effugit.

An. 756. 715.

Po M P E I V S vero Magnus in acie Pharsalica vi-
clus à Cesare, fuga quærens salutem, cursu in insulam
Cyprum (ut aliquid in ea virium contrahiceret) classem
direxit: appellensque ad oppidum Paphum, conspergit in
littore speciosum ædificium: gubernatoremque inter-
rogauit, quod ei nomen esset: qui respondit *xp̄xḡc̄n̄h̄*
vocari: quæ vox ipsum eius, quantulacunque testabat,
communuit. Neque id dissimulanter tulit, avertit enim
öculos ab illis testis, ac dolorem, quem ex dito omni
conceperat, gemitu patefecit.

M. ETIAM Bruti dignus, admisso patricidio, eventus
omni designatus est: Si quidē post illud nefarium opus, na-
talē suū celebrans, cum Græcu versum expromere vellit,
ad illud potissimum Homericū referendum animo teredit.

*An. 756. 715.
Plutarch.*

A M̄A p̄ p̄t̄s s̄ l̄k̄k̄, A M̄T̄S t̄ k̄k̄s q̄c̄.

Qui deus Philippensi acie, à Cesare & Antonio signo da-
tus, in eum tela conuertit.

Vnde Dio. 47.

CONSENTANTO vocis iactu C. Cassii autem for-
tuna peruellit: quem orantibus Rhodiis, ne ab eo cunctis
deorum simulacris spoliarentur, Solem à se relinqui re-
spondere voluit: ut rapacissimi victoris insolentiam, dicti
tumore petraberet, abiectumque Macedonica pugna,
non effigiem Solis, quam tantummodo supplicibus cel-
serat, sed ipsum Solem te vera relinquere cogeret.

*An. 756. 715.
Dion. 46. 47.*

ANNOTATIV dignum illud quoque omen, sub
quo Petilius conful in Liguria bellum gerens occidit.

*Ltr. 42. Pro-
Nam cum montem, cui Laco cognomen erat, oppugna-
ret: interque adhortationē militum dixisset, Hodie ego
Letum vique capiam: inconsideratus præliando, for-
tuitum iactum vocis leto suo confirmauit.*

EXTERNA.

Ad hanc nostris duo eiusdem generis alienigena ex-
empla non absurde possunt: Samii, Prenēibus auxiliis
aduersus Caras implorantibus, arrogantia instanti, pro-

classe & exercitu cymbalam eis derisus gratia miserunt. Quam illi velut diuinitus datum praesidium interpretatione, libenter acceptam, vera fatorum predictione victoriae ducem habuerunt.

Neque Apolloniatæ quidem penitentiam egerunt, quod cum bello Illyrico pressi, Epidamnos, ut sibi opem ferrent, orasent: atque illi flumen vicinum incensibus suis nomine Aenarum in aditorium se mittere dixissent. Acceptimus quod datur, responderunt: eique primū in acie locum, perinde ac duci assignauerunt. Ex insperato enim superatis hostibus, successum suum in omen acceptū referentes, extine Aenarum Deo immolauerunt, & deinceps in omnibus piceius ut ducem constituerunt.

Vide Strabonem & Plinius lib. 9. cap. 25.

CAPUT VI. DE PRODIGIIS.

QUAT. EVENERE	9. M. Claudio Marcellus
ROMANIS.	Cos. v.
1. Ser. Tullio regi.	10. Cn. Octavio Cos.
2. L. Marcius centurioni.	11. M. Licius Crassus procos.
3. Populo Romano & Veienti- bus.	12. Cu. Pompeyo Magno procos.
4. L. Sulla procos.	13. C. Iulio Cesare dict.
5. Populo Roman. diversis temporibus.	EXTERNIS.
6. C. Flaminio Cos.	1. Xerxes Persarum regi.
7. C. Hostilia Mancina Cos.	2. Mida Phrygum regi in- fanti.
8. Ti. Gracchus procos.	3. Platoni Philos. infanti.

PRODIGIORVM quoq; que aut secunda, aut aduersa acciderunt, debita proposito nostro relatio est.

SER. TULLIO etiam tum puerulo dormienti, circa caput flammarum emicuisse domestici oculi anno tauerunt. Quod prodigium Prisci Tarquinii regis vxor Tanaquil admirata, Scutum serua natum, in modum filii educauit, & ad regium fastigium euerxit.

ÆQ; FELICIS euentus illa flamma, que ex L. Mar-

CAP. VI. DE PRODIGIIS. 17

Marcii dacis duorum exercituum, quos in certitus P. & Cn. Scipionum in Hispania debilituerat, capite concionantis eluxit. Nanque eius aspectu pauci adhuc milites, ^{A. v. b. 1. 2.} præstissimam recuperare fortitudinem adiutoriū, octo & ^{L. 2. 2.} trigesita milibus hostium cœsis, magnoque numero in potestatem redacto, bina castra Punicis opibus referta ceperunt.

ITEM CVM bello atri & diutino Veientes à Romaniis iotra incensia compulsi, capi non possent, eaque morta non minus obdidentibus, quam oblesis intolerabilis, videretur, exoptatae victorie iter mito prodigio dit immortales patefecerunt. Subito enim Albanus lacus, neque cœlestibus imbrisbus auctus, neque inundatione vi- lius annis adiutus, solitum litagni modum excellit: cuius rei exploranda gratia legati ad Delphicum ^{* al. Apollinum} mili, retulerunt præcipi sortibus, ut aquam lacus nemicius emissam, per agros diffunderent: sic enim Veios in potestatem populi Romani venturos. Quod prius quam legati renuntiarent, aruspex Veientium à milite nostro (quia domestici interpretes deerant) raptus & in castra perlatus futurum dixerat. Ergo senatus duplice predicatione monitus, eodem pene tempore, & religione paruit, & hostium vrbe penitus est.

Nec PARVM prosperissimum fuisse est, quod sequitur. 3. L. Sulla procos. sociali bello cum in agro Nolano ante prætorium intolleraret, subito ab ima parte ait: prola plam angarem prospexit. Qua via, Postumi aruspicio hortatu continuo exercitum in expeditionem eduxit, ac fortissima Samnitum castra cepit. Quae Victoria futura eius amplissimam potentiam gradus & fundamentum exitit.

PRAECEPTEVS admirationis etiam illa prodigia, que P. Volumnio, Ser. Sulpicio CONS. in Urbe nostra inter initia motusque bellorum acciderunt. Bos ranque, mugru in sermonem humanum congerso, nouitatem monstri audientium animos exterrit. Camis quoque in modum nimbi dissipatae partes occiderunt: quarum maiorem numerum præpetes dimicuerunt aucti, reliquias humi per aliquot dies, neque odore tetto, neque deformi aspectu mutatum iacuit.

A. v. 112. cap. 3.
L. 2. 2. 3.

A. v. b. 1. 2.

Tar. b. 1.

Vide ib. 2. 2.

A. v. b. 1. 2.

L. 2. 2.

*An. vrb. 155.
LXXXI. 21.*
EIVSDEM generis monstra alio tumultu credita
funt: Infantem leonem in furo boario triumphum
proclamasse. Aliem cum elephantino capite natum.

*An. vrb. 124.
LXXXI. 27.*
In Piceno lapidibus pluisse. In Gallia lupum vigiliè
vagina gladium abstulisse. In Sicilia scuta duo sanguine
nem fudisse. Etiam metentibus apud Antium cruentas
spicas in corbem decidisse. *Cerites aquas sanguine mi-
llas fluxisse. Bello etiam Punico secundo constitit Co-
Donnitio bouem dixisse. Caue tibi Roma.

*An. vrb. 116.
LXXXI. 22.
Plutarch.
Fabio.*
C. AVTEM Flaminius cum iauspicio consul crea-
tus, apud lacum Trasimenum, cum Annibale confi-
clusus, conuelli signa iubet, lapso equo, super caput eius
humum prostratus est: nihilq; eo prodigio inhibitus, signi-
feris negantibus signa mouet sua sede posse. Malum ni-
ea continuo effodilient, minatus est. Verum huius teme-
ritatis, vitam sua tantum, non etiam pop. Rom. maxima
clade peccas pependisset! In ea namque acie 15. millia
Romanorum cæsa, 6. millia capta, 10. millia fugata sunt.
Confusis obrutus corpus ad funerandum ab Anniba-
le quæsumum est: qui quantum in ipso fuerat, Roma-
num sepelierat imperium.

*An. vrb. 516.
LXXXI. 23.
In Usq.*
FLAMINII autem præcipitem audaciam C. Hosti-
lius Mancinus vesana persecutaria subsequitur: cui
consuli in Hispaniam iure hæc prodigia accidetunt:
Cum Launni sacrificium facere vellet, pulli cauea emissi
in proximam silvam fagerunt, summaque diligentia
qualiter reperi nequivierunt. Cumque ab Herculis por-
tu, quo pelibus peruenierat, nauem condescenderet, talis
vox sine viro auctore ad aures eius peruenit, Mancine
mane. Qua territus, cum irinere conuerlo Genuam pe-
cesset, & ibi scapham esset ingressus, anguis eximia ma-
gnitudinis vilus è conspectu abiit: Ergo numerum pro-
digiorum numero calamitatum æquauit, infelici pugna,
turpitudine, deditione funesta.

*An. vrb. 141.
LXXXI. 24.*
MINVS miram in homine parum considerato teme-
meritatem Ti. Græcchi grauissimi cuius tristis exitus, &
prodigio denuntiatus, nec euitus consilio facit Procos.
enim cem in Lucanis sacrificaret, angues duo ex occul-
to prolapsi, repente hostia, quam immolaverat, adeo
iacti, ut in eisdem latribus se retulerint. Ob id deinde
factum

*An. vrb. 155.
LXXXI. 21.*
factum, instaurato sacrificio, idem prodigii euenit. Ter-
tia quoque cæsa victimæ, diligenterque alteruanis extis,
neque allapsus serpentum arceri, ne que fuga impediti
potuit. Quod quanvis aruspices ad salutem Imperatoris
pertinere dixissent; Græcchus tamea non cauic, ne per-
fidi hospitis sui Flavii insidiis, in eum locum deductus, in
quo Pœnorum dux Magno cum armata manu delitue-
rat, inermis occideretur.

*An. vrb. 155.
LXXXI. 21.
Plutarch.*
ET CONSULATVS collegium, & erroris societas, *An. vrb. 155.
LXXXI. 21.*
& par genus mortis à Ti. Græcco, ad Marcelli memo-
riam metrahit. Is captarum Sitacuratum, & Annibalim
ante Nolam mortis à se primum fugere coacti, gloria
inflammatus, cum summo studio niteretur ut Pœnorum
exercitum aut in Italia prosterneret aut Italia pelleret,
solenoique sacrificio voluntates deorum exploraret, que
prima hostia ante foculum decidit, cius iecur sine capite
inuentum est: proxima caput iocinoris duplex habuit.
Quibus inspectis aruspex tristi vultu, non placere fibi
exit, quia prima tam tristia, secunda nimis late appa-
riuissent, respondit. Ita monitus M. Marcellus ne quid tem-
ete conaretur, in sequenti nocte speculandi gratia cum
paucis egredi ausus, a multitudine hostium in Brutis circu-
cumventus, & que magis ut dolorem, ac detimentum
patriæ, intentu suo attulit.

*An. vrb. 555.
Plutarch.
Marius.*
IAM ET Octavius consul dirum omen quem admo-
dum timuit, ita vitare non potuit: Ex simulacro enim
Apollinis per se abrupto capite, & ita infuso humi vt euel-
li nequiret, armis a collega suo Cinna dissidens, praefum-
psianimo ea re significari exitium suum, in quod metus
